



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



EULALLIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)

(2019-1-IT02-KA203-062286)

***O3: European Latin Language Certification – Advanced Level
Methodological and Pedagogical tools, Multimedia Practical
Tools***

TEST

(French version : 03.10.2022)

Project Coordinator :

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

Project Partners :

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein

Test B1 – première partie (compréhension) ;

Seuil de 75% pour réussite de la certification (30 points sur 40 dont au moins 4 dans les examens 5 et 6)

Le test doit être effectué sans dictionnaire, en 90 minutes

Sénèque, *De beneficiis*, V, 24 : Veteranus et Caesar

Summarium : Vetus miles apud Caesarem causam agit quia cum propinquis pugnat. Primo Caesar non eum agnoscit sed miles ueterem memoriam de rebus in Hispania gestis repetit, ut Caesar gratiam ei referat...

1	Causam dicebat apud diuum Iulium ex ueteranis quidam paulo uiolentior aduersus uicinos suos [...].
5	« Meministi, inquit, imperator, in Hispania talum extorsisse te circa Sucronem ? » Cum Caesar meminisse se dixisset : « Meministi quidem, inquit, sub quadam arbore minimum umbrae spargente cum uelles residere feruentissimo sole et esset asperrimus locus in quo ex rupibus acutis unica illa arbor eruperat, quemdam ex commilitonibus paenulam suam substrauisse ? » Cum dixisset Caesar :
10	« Quidni meminerim ? et quidem siti confectus, quia impeditus ire ad fontem proximum non poteram, repere manibus uolebam, ni bonus commilito, homo fortis ac strenuus, aquam mihi in galea sua attulisset. » – « Potes ergo, inquit, imperator, agnoscere illum hominem, aut illam galeam ? » Caesar ait se non posse galeam cognoscere, hominem pulchre posse et adiecit [...] : « Tu utique ille non es. »
13	– « Merito, inquit, Caesar, me non agnoscis ; nam cum hoc factum est, integer eram ; postea ad Mundam in acie oculus mihi effossus est et in capite lecta ossa. Nec galeam illam, si uideris, agnosces ; machaera enim Hispana diuisa est. » Vetuit illi exhiberi negotium Caesar et agellos in quibus uicinalis uia causa rixae ac litium fuerat militi suo donauit.

Glossarium


- Loci in Hispania

Hispania, ae, f – Munda, ae, f : urbs – Sucro, onis, m : flumen



- ueteranus, i, m : uetus miles
- uiolentior : qui uim multo adfert
- uicini, orum, m : propinqui, orum, m ; adj uicinalis, e
- talus, i, m

- talum extorqueo, es, ere, torsi, tortum



- residuo, is, ere, sedi, sessum : sedeo, es, ere, sedi, sessum
- feruens \approx ardens
- acutus, a, um : acer, acris, acre
- unicus, a, um : solus, a, um
- eruperat : steterat
- commilito, onis, m : commiles, itis, m = miles, itis, m
- paenula, ae, f



substerno, is, ere, strauis, stratum \approx in terra pono, is, ere, posui, positum
- quidni : quid ni = quare non

- siti confectus : qui bibere uult
- repo, is, ere, repsi, reptum



- strenuus, a, um : acer uir
- galea, ae, f



- adiecit \simeq dixit
- merito \simeq recte
- oculus effossus est \simeq ueteranus oculum amisit
- machaera, ae, f



- rixa, ae, f \simeq lis, litis, f \simeq certamen, inis, n
- agellus, i, m = paruus ager

1) **Identifiez le groupe de phrases qui suit l'ordre du texte. Entourez la lettre qui indique la bonne réponse (sur 3 points)**

- A.
1. In Hispania uetus miles Caesari auxilium tulit.
 2. Vetus miles Caesarem conuenit et ei ueterem rem memorat.
 3. Caesar commilitonem non meminit quia, in pugna, caput oculusque eius tacti sunt.
 4. Caesar uetera facta meminit.
 5. Veteranus cum uicinis pugnat.
 6. Caesar pro ueterano causam dicit.
- B.
1. Veteranus cum uicinis pugnat.
 2. Vetus miles imperatorem conuenit et ei ueterem rem memorat.
 3. Circa Sucronem, miles Caesari auxilium tulit quia imperatoris caput oculusque tacti sunt.
 4. Caesar uirum meminit.
 5. Sed imperator uetera facta non meminit.
 6. Caesar pro ueterano causam dicit.

- C.
1. Veteranus cum uicinis pugnat.
 2. Vetus miles imperatorem conuenit et ei ueterem rem memorat.
 3. Circa Hispaniae flumen, miles Caesari auxilium tulit.
 4. Caesar uetera facta meminit.
 5. Sed imperator uirum non meminit quia, in pugna, caput oculusque eius tacti sunt.
 6. Caesar pro ueterano causam dicit.

2) Relisez les lignes 1 à 8 (jusqu'à « *in galea sua attulisset* ») et répondez aux questions en soulignant la bonne réponse (sur 5 points, 1 point par bonne réponse).

A. Cur uetus miles ad Caesarem adiit ?

1. ut uicinorum uim quereretur.
2. ut ueterem memoriam repeteret.
3. ut Caesar ipsum defenderet.
4. ut aqua paenulaque sibi darentur.

B. Quis ui egit ?

1. Caesar.
2. milites.
3. ueteranus.
4. uicini.

C. Cui uis adlata est ?

1. Caesari.
2. militibus.
3. ueterano.
4. uicinis.

D. Quid, in Hispania, Caesari accidit ?

1. Talum extorsit et sub sole mansit.
2. Talum extorsit et siti consumptus est.
3. Sub sole mansit et siti consumptus est.
4. Ad fontem repsit.

E. Vt Caesari auxilium ferret, quid ueteranus egit ?

1. Sub sole ad fontem repsit.
2. Paenula Caesarem textit.
3. Ei fontis aquam dedit.
4. Eius talum curauit.

- 3) Relisez les lignes 8 à 13, cochez la bonne réponse et relevez les groupes de mots qui justifient votre réponse (sur 10 points, un point pour la réponse, un point pour la justification de la réponse).

	Verum	Falsum	Indicia
<u>Ex</u> : <i>Miles in manibus aquam attulit.</i>		X	<i>aquam (mibi) <u>in galea</u> sua attulisset</i>
1. Caesar putat se commilitonem agnoscere posse.			
2. Statim Caesar ueteranum agnoscit.			
3. Quamquam multo pugnavit, ueteranus integer est.			
4. Veteris militis machaera diuisa est.			
5. Caesar ueterano agros dedit.			

- 4) Relevez les mots ou groupes de mots évoquant les blessures ou l'indisposition pour chacun des protagonistes (sur 5 points, un point par réponse attendue)

Caesar (3 relevés attendus)	Veteranus (2 relevés attendus)

- 5) Soulignez la bonne réponse (sur 8 points, un point par bonne réponse)

A. « in Hispania talum extorsisse te circa Sucronem » (l.2) est :

1. une proposition infinitive dépendant d'*inquit* (l.2)
2. une proposition infinitive dépendant de *dicebat* (l.1)
3. une proposition infinitive dépendant de *meministi* (l.2)
4. une proposition qui dépend d'un infinitif de narration

B. Le verbe « meministi » (l.2) est :

1. un verbe déponent
2. un verbe conjugué au parfait de l'indicatif
3. un verbe conjugué au présent de l'indicatif
4. un verbe conjugué au présent de l'impératif

D. « spargente » (l.3) :

1. est un adjectif verbal
2. est un gérondif
3. appartient à un ablatif absolu
4. est un participe présent qualifiant *arbore*

E. « cum... esset asperrimus locus » (l.4) est :

1. une proposition circonstancielle de temps avec une nuance causale
2. une proposition circonstancielle d'opposition
3. une proposition circonstancielle de temps indiquant un fait répété
4. une proposition circonstancielle de temps indiquant un moment précis

F. « ni » (l.7) équivaut à :

1. nisi
2. non
3. ne
4. quidni

G. « merito » (l.10) a la même nature grammaticale que :

1. aduersus (l.1)
2. feruentissimo (l.4)
3. ergo (l.8)
4. pulchre (l.9)

H. « cum hoc factum est » (l.10) est :

1. une proposition circonstancielle de temps avec une nuance causale
2. une proposition circonstancielle d'opposition
3. une proposition circonstancielle de temps indiquant un fait répété
4. une proposition circonstancielle de temps indiquant un moment précis

I. « uideris » (l.11) est un verbe conjugué :

1. au présent passif de l'indicatif
2. au futur antérieur actif de l'indicatif
3. au parfait actif du subjonctif
4. au plus-que-parfait actif de l'indicatif

6) Transposez les propositions suivantes (sur 9 points, 3 points par phrase) :

A. « se non posse galeam cognoscere, hominem pulchre posse » au discours direct.

Caesar dixit : « ... »

B. « Tu utique ille non es » au discours indirect.

Caesar adfirmavit...

C. « Merito, [...] Caesar, me non agnoscis ; [...] postea ad Mundam in acie oculus mihi effossus est » au discours indirect.

Veteranus dicit ...